66

Andreas Krziczki, Petro de Opaleni:
cza custodi Posnaniensi.

Salvete missermio atque iterum salvete. Cre:
do vos Pithagoricæ nunc sectæ addictum es:
se, quod tantopere silentium colitis. Mihi
nulla scribendi datur materia, quippe ubi
nihil scitu dignum geratur. Vos isthic pu:
gnatis, comburitis, vastatis, facitis mirabilia,
quare non possum non accusare vos, quod
me de tropheis vestris et adoreis certiorem
non facitis. Novi enim vos, quam acer estis
bellator, non potest sine multo fieri sangui:
ne, ubi et vestro Bracto supervenerit. Sed
quum fugabitis, sternetis et occidetis, mihi
mancipio miserum aliquem homuncionem ad:
ducere memineritis. Sum vestro messer mio,
diligatis me rogo sicut consuevistis, et do:
mino Siculo nostro, doctissimo et suavissi:
mo mortali me plurimum commendetis. Da:
tum in Czigzim die 14. Octobris anno 1508.